



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De  
Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDXXXIV.**

**VD18 90392167**

Q. 6. An si quis Confessus habenti potestatem circa reservata, omiserit ex  
oblivione inculpabili peccatum aliquod reservatum, hoc ipso sublata sit  
reservatio peccati illius, ita ut possit postea ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41032**

stea confiteri habenti potestatem absolvendi à reservatis.

Porro consentiunt omnes inferiorem non posse licitè, sine necessitate cogente, absolvere à non reservatis, remittendo pœnitentem ad Superiorem pro reservatis: quia integritas est de jure divino, & non debet prætermitti sine cogente necessitate.

*Q 6. An si quis Confessus habenti potestatem circa reservata, omiserit ex oblivione inculpabili peccatum aliquod reservatum, hoc ipso sublata sit reservatio peccati illius, ita ut possit postea directè ab eo absolvi, per quemvis Confessarium approbatum?*

*Resp.* Cum non sit certum tunc reservationem tolli, in praxi debet pœnitens peccatum reservatum oblivione omissum confiteri habenti potestatem in reservata, ut ab eo directè seu secundùm se absolvatur. Idque videtur exigere finis reservationis, qui est, ut conveniens medicina, & satisfactio à Superiore vel ejus delegato pro tali peccato imponatur. Excipe si tempore Jubilæi omnia præstitisset quæ ad illud consequendum præscribuntur: nam tunc Papa Jubilæi gratiâ tollit omnem reservationem respectu illorum qui volunt illud lucrari.